



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ss. Martyrvm Crvciatibvs Antonii Gallonii Rom. Congregationis Oratorii Presbyteri Liber

Gallonio, Antonio

Romae, 1594

Avctor Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10704

AVCTOR AD LECTOREM.



N tibi, lector, librum auctum tradimus, quem hoc tempore Latino sermone conscripsimus, non solum innumeris fere (si loqui sic licet) antiquorum martyrum tormentis, sed etiam nostræ ætatis Catholicorum, qui pro fide Catholica mortem constanti animo opperiuere: quorum si summam in cruciatibus perferendis patientiam, si inuictum animi robur, si ingentem lætitiã, si numerum, si causam cognoscere tibi libeat; vide Sanderi libros de Schismate Anglicano, deq. visibili Ecclesiæ Monarchia, item Concertationis Anglicanæ volumen, simul etiam libellum de Persecutione Anglicana, Trophæa Ecclesiæ Anglicanæ, Theatrum insuper crudelitatum hæreticorum nostri temporis, Suriq. commentarium rerum in Orbe suo tempore gestarum, & Thomæ Bozij librum 11. ac 12. primi voluminis de Signis Ecclesiæ Dei, & demum libellum Idib. Martij anno a partu Virginis M D X C I I. impressum, cui est titulus, Exemplar litterarum missarum e Germania, in quo Anglus quidam Catholicus respondet Protestanti amico petenti ipsius sententiam de edito quodam Regio Londini nuper promulgato, in quibus multa continentur scitu dignissima, quæ ad præsentem persecutionem, Anglicaniq. Regni statum pertinent.

CHRI-